N° 4

Nouerint Vniuersi quod Ego Bernardus Bonet agricola parrochie de flassiano vicarie Gerunde. Gratis et ex certa
scientia Religione iuramenti infrascripti Confiteor et recognosco vobis Ill.ri D. Cicilie de Terrades Moniali professe ac infirmarie Monasterij
S.ti Danielis ordinis S.ti Benedicti scite extra et satis prope Menia Gerunde Et absenti et pro vobis Honor Matia Iulia Mercatori Gerunde
procuratori vestro pro vobis presenti quod teneo ad directum et alodiale dominium pro dicta Infirmaria et pro vobis eius nomine et vestris in dicta Infirmaria succes
soribus quo ad duas partes pro indiuiso factis inde tribus equalibus partibus et quo ad reliquam terciam partem pro beneficio nuncupato Beate
Marie Puellarum Gerunde quandam peciam terre aratoriam quam scio habeo intus parrochiam de Mollet et in loco vocato Fresquig
Continentem in se duas versanas terre parum plus vel minus affrontantem ab oriente in honore mansi Sages Berenguer à Meridie
in Camino Regio quo tenditur a ponti Ciuitatis Gerunde ad villam Turricelle de Montegrino ab occidente in honore Petri Soliuera
Et a Circio in honore mansi Maso. Pro quaquidem pecia terre supra designata et confrontata facio et presto facereque et prestare
teneor et promitto vobis dicto nomine et vestris in dicta infirmaria successoribus censibus agrarijs inde fieri et prestari solitis anno quolibet in
festo Natalis Domini vnum denarium barchinonensem ex reductione inde facta per Ill.am Margarittam Sarrahina quondam Monialem et Infirma
riam eiusdem Monasterij Nicholao Vilar quondam ferrario Gerunde cum publico ipsius reductionis instrumento penes D. Berengarium ferrer
sa bala quondam notarium publicum Gerunde rogato et acto in Capitulo dicti Monasterij S.ti Danielis die vigesima quarta mensis Iulij Anno
a natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo. Omnia vero tercia laudismia et foriscapia firme fatigas iuraque
emparandi et retinendi et omnia alia et singula ad directum et alodiale dominium pertinentia quoquomodo et ex dicta pecia
terre supra designata et confrontata prouenientia sunt et esse debent vestri dicto nomine et vestrorum in dicta Infirmaria successorum. //
quo ad duas partes et quo ad reliquam terciam partem dicti beneficij B.e M.e Puellarum. Iurans sponte per Dominum Deum et
eius s.ta quatuor Euangelia a me corporaliter tacta predictam confessionem et omnia alia et singula per me superius recognita et capibreui
ata fore et esse vera et omnimodam in se continere veritatem eaque attendere et complere et nullatenus in aliquo contrafacere vel venire
ratione aliqua iure modo vel causa. Et Ego dictus Michael Matia Iulia procurator predictus vt de dicta mea procuratione et potestate plene
constat instrumento publico inde rogato apud not.m infrascriptum die vigesima tercia mensis Maij proxime lapsi his presens huiusmodi confessionem
nomine dicte domine principalis mee accepto iuribus tamen tam expressis quam non expressis dicte Infirmarie in omnibus et per omnia semper
saluis et illesis remanentibus de quibus expresse protestor. Actum est hoc Gerunde die vigesima mensis febroarij Anno a natiuitate Domini
Millesimo quingentesimo Nonagesimo. Sig+num mei Bernardi Bonet confitentis et iurantis et Michaelis Matia Iulia dicto nomine
acceptantis predictorum qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt Michael Guirreta et Michael Vila scriptores Gerunde //

Sigismundus Sola notarius publicus Regia auctoritate ... heredis seu successore Jacobi de Campo longo quondam
... ciuitatis ... hec ... recepta subscripsi
[illegible]

n.º 1336 (2)

Classis 2ª moller

Nº 4. Flassa.

T. 2209 320

Capbrevacio en favor de la enfermaria de S. Daniel feta per Bernat Bonet de Flassá en á 20 de Febrer de 1590 autorisada per Sagimon Solá Notari.

1429.2